alios omnes exinde consequendo Causa eius Terminos
semper peremptorios, Vera Infirmitate maiori, mi-
nori, Vexatione Successorum, Legatione intra Vel extra Re-
gnum, Servitio militari, ad munimenta ad Electorem
Vel alijs quibusvis dilationibus, et egalibus impedimentis
non differendo, ad Quietationem contra Utrasque Primos
Officij Castrensis Capitanealis Premysliensis Terminos dila-
tionem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Ap-
pellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac contra
poenis simplicibus Vel triplicatis, citationibus, Suspensionibus
facultatis Juris, protectione Servili, bello, Conventioneque alijs
omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo nec
modo aliquo quovis evadendo. Hac sua praesenti personali
Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Zurowski Lesniowskim Coniugibus Cedit Vigore Consens. S: R: Mttis 1113

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus
Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosus Alexander
Stanislaus Zurowski. Sanus mente et Corpore existens,
a Terris, districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusvis
proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi
Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni, quo ad actum hunc
attinet, se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus
totaliter ac plenarie incorporando atque subijciendo, patam
libere, publice ac per expressum recognovit. Quia
ipse inhaerendo Literis Consensus Sacrae Regiae Mttis

sibi Recognito ad infrascripta peragenda per eundem Sacram Regiam Maiestatem gratiose collatis manu eiusdem Sacrae Regiae Maiestatis propria subscriptis et Sigillo minori Cancellariae Regni communitis et coram eodem officio praesenti Castrensi Capitaneali Premysliensi reproductis tenoris eiusmodi.

Michael Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kiioviae, Volhyniae, Podlachiae, Livoniae, Smolenscensis, Czerniechoviaeque. Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest Universis et singulis. Licet quidem omnes et singulos de Nobis et Republica bene meritos Cives Paterno affectu et benevolentia Nostra complectamur, singularem tamen favorem et Munificentiam Nostram debemus iis, qui Sumptibus et Sanguini suo nequaquam parcentes, indefesso Studio pro Nobis et Patria in Campo Martis vigiles excubant. Cum vero Generosus Alexander Stanislaus Zurowski Commilito Cohortis Nostrae Hastatae ab Annis aliquot, tam Serenissimo Antecessori Nostro, quam Nobismetipsis, et Reipublicae talem se Militem praebuerit; Idcirco ipsi specialem Nostram gratiam Contestari Cupientes, Consentiendum esse duximus, Consentimusque praesentibus Literis Nostris, ut possit et valeat De omni et integro Jure suo Advocatiali quod ipsi super medietatem Advocatiae in Villa Lisko... Capitaneatus Premysliensis consistentis servit et competit in Personas Nobilium Joannis Lesniowski et Eva de Konaiy Coniugum Legitimorum Cedere, et integrum

Ius suum transfundere, ac transfundere. Quae quidem Cessio, Iurisq transfusio postequam coram Actis quibusuis Regni authenticis facta et recognita fuerint, Nos eam Uti quae de Consensu Nro peragetur ratam et gratam habituri Sumq. Vigore cuiq quidem Cessionis, praesentisq Consensq Nostri, praedicti Nobiles Lesniowscy Conjuges praefatam Medietatem Advocatiae, cum omnibq et singulis attinentijs, agris, pratis, Campis, fundis, hortis, pascuis, Sylvis, piscinis, Molendinis Tabernis, Subditis, eorumq laboribq Censibus, dationibq fructibq et emolumentis nunc et ab antiquo ad praefatam Medietatem Advocatiae Spectantibq, nullis penitq exceptis tenebunt habebunt et possidebunt ad extrema Vitae suae tempora. Promittentes pro Nobis et Serenissimis Successoribq Nris, non esse Nos, Serenissimosq Successores Nros, praefatos Nobiles Lesniowscie Conjuges legmos, ab Usu et pacifica possone dictae Medietatis Advocatiae amoturos, aut alienaturos, neq amouendi, alienandi ne cuiquam facultatem daturos sed Saluum et integrum Ius Advocatialium ipsis conseruaturos, quod et Serenissimi Successores nostri praestabunt. post decessum Verò ipsis, non prius supradicta Medietas Advocatiae, ad Nostram, Successorumq Nostrorum dispositionem redibit, quam summa in Literis originalibq expressa Velex taxa Commissariorum proveniens, Successoribq eorum integre numerata et persoluta fuerint. Iuribq Nostris Regalibus, Reipublicae, Ecclesiaeq Catholicae Saluis. In cuius rei fidem, praesens Manu Nostra Subscriptas Sigillo

Regni communiri iussimus. Datum Varsaviae die XXII
Mensis Aprilis, Anno Domini MDCLXXI.
Regni Nostri Poloniae Anno Secundo. Consensus Ce-
dendi de Medietate Advocatiae in Villa Lisbowate
Capitaneatus Praemysliensis Generoso Alexandro Stanislao
Zurowski, Commilitoni Sacrae Regiae Maiestatis Cohortis
Hastatae, in personas Generosorum Lesniowskich conjugum
Stanislaus Buzenski, Gneznensis, Varsaviensis Canonicus
Michael Rex. Locus sigilli Minoris Cancellariae
Regni. Post cuius quidem ingrossationem originale ipsum
eidem offerenti per officium praesens Meis est extraditum.
De omni et integro Iure suo Advocatialis in facto quod
sibi Recognoscenti super Medietatem Advocatiae
in Villa Sacrae Regiae Maiestatis Lisbowate Capitaneatus
Praemysliensis consistente servit et competit, tum de eisque
ipsis Bonis, medietatis Advocatiae praefatae, cum
mis quibusvis, siquae in eisdem bonis inscriptae
Vel ex Taxa Commissariorum demonstrata esse
curata apparuerunt. Ad extremum de quibusvis
Privilegiis, Iuribus, Decretis Commissionalibus,
originalibusque Dispositionibus Bona eadem supra
Medietatis Advocatiae praefatae Lisbowatensis
comparata eorumque Bonorum, Iurisque praedicti cessi
Intromissione, pacificaeque virtute earumque Regiae
continuata possessione. Cum omni Commissariorum dure, domi-
nio, proprietate, Competentiaque et praerogativa quavis, cumque
omnibus et singulis Iuris praedicti cessi ac Privilegiorum
Decretorum Commissionalium et Iurium Dispositionis

quarumvis super bona praefata servientis conditionibus punctis, clausulis articulis, ligamentisque ac nexibus in universum omnibus, Bonorum quoque Suprascriptorum, ac summarum in eisdem bonis habentium Utilitatibus fructibus proventibus reditibus commodis, emolumentis, et obventionibus quibusvis attinentiisque et pertinentiis generaliter Universis. Nihil ex praemissis Iuribus, dominiis proprietatis, ac cuiquis competentia et prerogativa pro se Recognte, suisque successoribus, aut quospiam alios reservando seu excipiendo, Verum quo praemissa omnia ipsemet Recognens tenuit, habuit et possidebat, ipsumque concernebant, ac eidem legitime serviebant. Tamquam nunc et de facto Suprascriptis Nobilibus Ioanni Leśniowski, et Eva de Konarii Coniugibus legitimis Recognens ab ipsis praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione cessit et condescendit, ita quod per praesens cedit et condescendit, omneque et integrum Ius suum sibi ad praemissa servientis in personam eorumque Nobilium Ioannis Leśniowski, et Eva de Konarii Coniugum Legitimorum, Successionariorum suorum, totaliter et plenarie transtulit, transfudit, et incorporavit, quemadmodum per praesentes transfert, transfundit et incorporat. In quod quidem Ius praesens eorum praemissorum omnium et singulorum praedictorum ac successorum tamquam nunc et de facto memoratus Recognens Generosus Alexander Stanislaus Żurowski, Suprascriptis Nobilibus Ioanni Leśniowski, et Evae de Konarii Coniugibus legitimis Successoribus suis dat et admittit coram Officio praesenti realem Intromissionem et actualem pacificamque possessionem per Ministerium quemcunque competentem et Nobiles duos die quacunque

Voluerint officiose audiendam, per ipsos Nobiles Le
sniowskie Coniuges, Cessionarios suos, hoc idem Iu
ribus cessum, omnibusque omnium et singulorum, cum
Universis eorum Utilitatibus et emolumentis, Compe-
tentiaque et Prerogativis quavis tenendi, habendi, possidendi
illisque quiete et pacifice utifruendi, ad suosque quosvis
beneplacitos usus fructusque libere et esse tradendi convertendi
Iuris originibus ea omnia latius in se complectentibus
praesentis cessi et transfusi vigore.

Stawski Infidelem Lazur Lewkowic Quietat.

Coram Generoso Alexandro Myslowski in locum infrascripti
Generosi Ioannis a Staw Stawski Pocillatoris Terrae Leo-
poliensis Vicecapitanei loci praesentis Subdelegato, muniisque hocidem
subdelegationis, in se, successores, ac bona sua generaliter omnia
benevole conassumente, officioque et Actis praesentibus Castrensibus
Capitanealibus Premisliensibus personaliter comparens Idem
saepefatus Generosus Ioannes a Staw Stawski, Pocillator
Terrae Leopoliensis Vicecapitaneus Castrensis Premisliensis.
sanus mente et corpore existens, a Terris, Dicitibus, Iuribus,
Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus
recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi
Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum successoribus
ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter ac plenarie incor
porando atque subiciendo, palam, libere, publice, ac per
expressum recognovit. Quia ipse Infidelem Lazur
Lewkowic de Villa Myskowice ad Oeconomiam Sam
borensem spectante Arendatorem et ipsius successores